

doloribus, ac acerbitate fortune. infra. CAESAR.  
 Nummus hic argenteus à me uisus est apud  
 Carolum à Porta Lugduni.

In una parte.

34. Venus effigurata est, laua facie, praesantissima  
 forma, capillo passo, tutulo, inauri trigemina,  
 ac haccato ornata momili. Post aera ceruicem. N.

In altera.

Trophaeum in signe reperitur, ex barbaricis col-  
 lectum spolis, clypeis, galeis, sago, hastis, claua,  
 et id genus alijs. Cuius radici adsident  
 hinc inde captiuae maestissima. Subscriptio.  
 CAESAR. Nummum hunc... uidi apud  
 Carolum à Porta Lugduni

In una parte.

35. Jul. Caesar uidetur laureatus, laua facie, ad  
 cuius ceruicem est trulla. Inscriptio. CAE-  
 SAR DEC.

In altera.

M. Antonius depingitur, aperto capite, ad cuius  
 ceruicem lituus habetur. Inscriptio. M.  
 AN. IMP.... Nummus hic argenteus mihi  
 uisus est Lugduni apud Carolum à Porta.

In una parte.

36. Julius Caesar uidetur laureatus, laua facie,  
 ad cuius ceruicem in sympulso est impositus  
 lituus. Inscriptio. CAESAR IMP.

In altera.

Augustus